

desse affectatam illam munditiem ac venustiore habitum, quibus
 preter etatis congruentiam ^(a) componi se passus est, sine quibus
 vix cuiquam ac nonnisi paucis qui illum norunt ad colloquium,
 ne dicam ^(b) in contubernium, admitteretur. etsi igitur obsequi
 magnopere tibi desiderat, qui ex eo numero es qui minime illum
 spernant, labores tamen militie bellicue pericula senem insuetumque
 deterrent. tecto enim contineri et ^(c) intra moenia tuta solitus,
 omnia nunc timet quibus esse militia obsessa solet, hinc celi ^(d) in-
 temperiem, illinc hostium gladios, hinc furum ^(e) insidias, inde do-
 mesticorum vim, qui postremus haud postremus est illi metus. leni-
 ter enim a me tractari solitus pro reverentia etatis, nunc servorum,
 quorum omnium abunde mores atque ingenia novit, improbas manus
 veretur, ne vel discissa per ludibrium veste obductaque lituris facie
 risu pateat adolescentibus, vel inter armorum repentinos motus
 illum in suam sedem prohibeant redire, quem preter te vix cui-
 quam, ut is in alienam domum diverteret, (inducere liceret), sive
 quod insuetus belli sive quod alienus ^(f). cum tuum tu ^(g) Teren-
 tium et etate et viribus validum, ne inter arma periclitaretur, do-
 mum remiseris, equum est ut celeriter et cum tuto comiteatu
 meum ad me remittas. vale. Iustinopoli, .VIII. iulii 1412.

temendo che non
 venga danneggiato
 nel campo vene-
 ziano, o che fra i
 tumulti della guer-
 ra non vada addi-
 rittura perduto.

(a) *R in marg.*: congruentiam, « aliter morem ». (b) *R* nec dicam (c) *R om.* et
 (d) *G* hic celi (e) *G* hic furum (f) *BRG* motus illum in suam sedem protinus re-
 dire, quem preter te vix cuiquam [*R* puoquam] ut is in alienam domum diverteret [*G* di-
 verterit] nemini sive quod insuetus bellis sive quod alienus. Cum tuum *Ra dà* reddire
 in luogo di redire, e, lasciato uno spazio in bianco, continua quem preter &c. *Il Combi*,
 mette: motus illinc in suam sedem prohibitus redire, quum praeter te vix cuique in alle-
 nam domum diverteret nemini sit sive quod &c. *Il testo evidentemente non si restituisce*,
 e può essere reintegrato in vari modi; le parole qui cambiate o aggiunte, secondo le in-
 dicazioni del Sabbadini, ne danno soltanto il senso approssimativo. (g) *G om.* tu